

Bibliothèque numérique

medic@

Beauvais de Préau, Charles-Nicolas -
candidat / Grandclas, Claude françois
- président / Vieillard, Lud-Alexandre -
auteur. - An simplicia Pulmonum
Vulnera acie factâ, solis Diaetâ &
venae sectione sanentur ?

1786.

*Paris : Typis Quillau,
Saluberrimae Facultatis
Medicinae Parisiensis
Typographi
Cote : ms 2337a n°136*



Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé
(Paris)

Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms02322_ms02337ax17x0136



DEO OPTIMO MAX.

UNI ET TRINO,

VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCÆ,

Orthodoxorum Medicorum Patrono.

BIU Santé
Médecine
Paris

QUÆSTIO MEDICO-CHIRURGICA *

QUOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBUS
manè discutienda in Scholis Medicorum, die Martis vigesimâ-primâ
mensis Martii, anno Domini M. DCC LXXXVI.

M. CLAUDIO FRANCISCO GRANDCLAS, Equite, Stanislai I,
Poloniarum Regis, olim Consiliario Medico, & Regiorum Exerci-
tuum à Consiliis medicis, Doctore Medico, Præside.

*An simplicia Pulmonum Vulnera acie factâ, solis Dietâ & venæ
sectione sanentur?*

I.

PULMO præcipuum corporis nostri organum velut ma-
chinæ libramentum spectetur. Vitiato ipsius motu, vitiatur

* Propug. anno 1740, à Lud.-Alexandro VIEILLARD; Præs. M. Michaël PROCOPE-COUTEAUX.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

2

& cordis motus, vitiatur sanguinis circulatio, vitiantur functiones omnes. Ipsi inflictum vulnus fin lethale, saltem periculosissimum. Impossibilis externa curatio. Elegantioribus digitis non datur aditus. Irrita sunt cujuscunque generis topica. Inutilis ipforum-met Chirurgorum Parisiensium per totam Europam jure & meritò celebrata dexteritas, non manu, non oculo, sed consilio opus est.

I I.

QUÆ instrumentis secantibus infliguntur vulnera, periculi minùs portendunt, ac quæ causam habent catapultam, sclopetumve quodlibet. Ubi nulla adest partium dilaceratio, ubi nulla substantiæ deperditio, exulat jam suppuratio. Id unum intendat Medicus, ut citam coagmentationem obtineat, solutumque adunet. Licèt structa sit divinitùs Pulmonum substantia; licèt aptissimi sint-Pulmones subeundo muneri ipsis ab Autore Deo imposito; iisdem tamen quoàd essentiam, partibus constant, ac molles aliæ corporis partes; membranis videlicet quæ venas & arterias utriusque generis, demùmque nervos obvolvunt. Ergò-ne, si secti sint, peculiarem sibi curationem expostulant?

I I I.

PARTIUM coagmentio opus naturæ & arcanum. Munere suo fungi nusquam recusat benigna illa mater. Qui ipsam à proposito deterreant, si qui sint, removendi tantùm obices. Hos inter præcipui eminent *Plethora*, inflammatio, *dispnæa*,

tussis importuna, febris, spirituum animalium motus irâ vel timore perturbatus, succorum crassities & acrimonia. Quæras ergò quibus auxiliis solidorum quieti possis consulere; humorum effervescentiam compescere, spirituum animalium motus sedare, fluida emendare. In promptu sunt venæ sectio & diæta.

I V.

VENÆ sectione deplentur vasa, parciorem sanguinis copiam propellunt cor & arteriæ, minorem experiuntur renixum, minor itaque parietum distensio, evanescit, si quis adest *Eretismus*, relaxantur fibræ, ad sese invicem accedunt, ipsarum quâcumque acie sectæ junguntur extremitates, & Naturâ duce conglutinantur. *Diætæ* nomine, non omnium intelligas alimentorum abstinentiam, quin immò; sed ea seligas quæ simul medicamenta sunt & alimenta. Sint diluentia, levia, lenientia; his tùm solidorum, tùm fluidorum compescitur motus, spiritus animales sedantur, edulcorantur sanguis & lymphæ, denique obtinetur gluten ad partium coagmentationem necessarium.

V.

MITTAS ergo thecam aperire; abstine à specillo, nunc quid prodest? Perniciosum est curiositatis instrumentum. In thoracem si fluxerit sanguis, præscribatur *Empyema*, vel dilatetur externum vulnus; alioquin illud penicillo obfera, ne penetret aër. Habitâ virium & symptomatum ratione iterum & sæpius celebrentur venæ sectiones, eas si comitetur diæta punctum Archimedis attigisti, nec te pudeat. Conque-

rantur ignara plebs mulierculæ exhaustas ægrotantis vires,
fufumque largâ manu cruorem; sine ipsas vociferari, age:
quisque suam exercere debet artem.

*Ergo simplicia Pulmonum Vulnera acie factâ, solis Dietâ & venæ
sectione sanantur.*

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Jacobus DE WENZEL, Sti. Imperii Baro.	M. Paulus-August. - Olivarius MAHON DE HOUSSAY.	M. Joannes MAC - MAHON, antiquus Exercituum Regis, & Nosocomiorum Militarum Medicus, Regiæ Scholæ Mi- litaris Medicus ordinarius.
M. Henricus-Hercules CHAM- PAGNE DU FRESNAY.	M. Stephanus CROCHET, Chirurgiæ, Gallico idiomate, Professor.	M. Franciscus THIERY, Eques, Regis & salubri Confilio, Regii Collegii Nanceii Socius hono- rarius, Regiæque ejusdem Ci- vitatis Scientiarum & huma- norum Litterarum Academia, necnon Biterrensis, ac Matri- tensis.
M. Petrus DE LASERVOLLE, Serenissimi Atrebat. Principis Medicus Consiliarius,	M. Claudius-Ludovicus BER- THOLLET, Academia Regiæ Scientiarum Socius.	M. Anna-Claudius DORIGNY.

Proponebat Parisiis, CAROLUS-NICOLAUS BEAUVAIS DE PRÉAU, Aure-
lius, Bituricensis Doctor, Aurelianorum Medicorum Collegio aggregatus,
ejusdemque Urbis à Regiâ Rei Agrariæ Societate, Regiæque Physices, Histo-
riæ Naturalis & Artium Societatis Secretarius olim perpetuo ordinarius,
Academiarum Divionensis & Rhotomagensis, necnon Collegii Medicorum
Nanceiani Socius, Cenfor Regius, & Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Pari-
sienfis Baccalaureus. A. R. S. H. 1786.

AB OCTAVA AD MERIDIEM.

Typis QUILLAV, Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Parisienfis Typographi.

